

---

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## Obispado de Osma.

---

### SUMARIO.

Carta de S. Santidad al Cardenal Respighi sobre la primera Comuni3n de los ni3os.—Otra del mismo S. Padre sobre Ejercicios espirituales del clero.—Circular del Ilmo. Prelado sobre el mes de las flores.—Edicto de la delegaci3n de Capellanías sobre conmutaci3n de la fundada en Arauzo de Miel por Juan Nava3.—Anuncio de Bendici3n Papal en Pascua de Resurrecci3n.—Declaraciones de la S. C. del S. Oficio: sobre el impedimento de parentesco espiritual: sobre las dispensas matrimoniales *in articulo mortis*: sobre ordenaci3n sacerdotal.—De la S. C. de Estudios sobre validez del grado del Doctor concedido sin examen por la S. Sede.—De la S. C. de Ritos sobre las cualidades de la cera para el culto divino.—Privilegios concedidos á los eclesiásticos benhechores de la Obra de la *Propagaci3n de la F3*.—Necrología.

---

### LITTERAE

---

#### **Pii PP. X de institutione religiosa a parochis Urbis impertienda pro prima Communione puerorum in paroecia.**

---

EMO. PETRO CARD. RESPIGHI, NOSTRO VICARIO GENERALI.

*Eme. Domine:* Inter multa et gravia munera, quibus vacare debet Parochorum zelus, christiana eruditio iuventutis primum obtinet locum. Verum quidem est hoc munus parentibus potissimum spectare, qui hoc tantum

# :  
18 DE 1902 — 98 —

medio ad paternitatis coronam ius habent; at praeterquamquod plures illud negligunt, eruditio religiosa quae tam magna pars christianae institutionis est imponitur iis, quibus Iesus Christus dixit: *Ite, docete omnes gentes*. Quod, si malo semine a prima culpa procedente, institutio opus ita arduum est ut, etiam absque impedimentis, omnium quoque concursu, difficulter bonum exitum sortiatur, quomodo poterit iuvenis sine auxiliis snblimes et difficiles virtutum christianae perfectionis celsitudines assequi?

Quam ob rem Ecclesia, salutis animarum sollicita, iubet Parochos docere populum religiosam eruditionem saltem diebus Dominicis, festis solemnibus, et quotidie, aut saltem ter in hebdomada tempore Adventus et Quadragesimae. Addit praeterea saltem diebus Dominicis et festis, eosdem vel per se, vel per alios presbyteros, teneri ad docendos pueros principia fidei et obedientiam Deo et parentibus. (Conc. Trid., Sess. XXIV, cap. IV). Qui, uti frequenter egent cibo materiali ut vivant et crescant, ita pro ipsorum animis hoc caelesti pabulo semper et admodum indigent, ut vitae christianae se conforment et boni se custodiant.

Haec autem eruditio necessaria omnino est, ut ipsi parentur participes fieri mediorum salutis a Iesu Christo Domino Nostro oblatorum: SS. Sacramentorum Poenitentiae, Confirmationis et Eucharistiae, quae sola ad sanctam vitam ducendam iuvare posunt.

Et hanc praecipue ob rem, Eme. Domine, ad Te praesentes litteras mittimus, ut Tu, quaesumus, Reverendos Urbis Parochos ad hoc ipsorum munus explendum excites, cuius adimplementum inter limites simplicis scholae Christianae Catechesis diebus festis contineri nequit, sed exigit, ut pueri parati sint ad SS. Sacramenta, eruditionem peculiarem, solertem, continuam per plures hebdomadas et fortasse etiam per menses iuxta puerorum capacitatem et Sacramentum suscipiendum.

Idcirco iubebis omnes Reverendos Parochos ante quasdam solemnitates anni parare pueros et puellas usu rationis pollentes ad recipiendum Sacramentum Poenitentiae. Item statuto tempore eos ad Sacramentum Confirmationis Parochi congrue parent, eisque tesseram minime concedant, nisi prius illi idoneo modo periculum fecerint; tunc vere adfirmare poterunt eosdem Sacramentum Poenitentiae recepisse et ad Sacramentum Confirmationis esse idoneos.

Pro Communionem autem Parochi Urbis eligant, Te Emi. Domine, adsentiente, tempus opportunius ut debite per quadraginta dies vel saltem per mensem pueros admittendos ad primam Communionem doceant, quo facilius eorum pietatem cognoscant, in eis maximam venerationem huic Sacramento excitent, eosque tanto privilegio minus indignos efficiant.

Verum est Nos Romae habere Piam Operam *Michellini*, nuncupatam *Ponterotto*, Institutum *Imperiali Borromeo*, seu *Cappelletti di S. Luigi*, aliasque institutiones propriis puerorum Communionibus; at, praeterquam quod haec Instituta maximae necessitati non sufficiunt, ipsa vel alia, quae aperiri poterunt, opportunae quidem erunt pueris, qui iam edocti ad eas se conferunt pro praeparatione proxima, non tamen sufficiunt necessariae instructioni pro praeparatione remota.

Dum igitur Dominum benedicimus, qui Nostrae Romae has pias institutiones donavit, quibus uti possunt pueri iam valde eruditi, praesertim si adulti, pro spiritualibus Exercitiis ante Communionem, volumus quotannis et in unaquaque Paroecia statui (ut supra diximus) tempus eruditionis, et insimul diem solemnem primae Communionis; huic diei periculum, quo pueri se apte et opportune eruditos praebent, et triduum praeparationem in Paroecia praecedere volumus.

Nonnullas obiectiones, quae afferri possunt, antequam. In primis Parochum unum tantae necessitati providere non posse; at ille, si velit, strenuos coadiutores

Sacerdotes Paroeciae habebit, etiam Institutis religiosi-  
sis pertinentes, nec non optimos laicos, qui Deo opitu-  
lante, Romae non deficiunt; nec in re tanti momenti de-  
erit liberalitas et validum auxilium divitiorum sum-  
ptibus obeundis.

Dicet quispiam plurimos parochianos cupere pueros  
ante primam Communionem claudi. Parochi facile res-  
pondebunt: substineat puer laudabiliter periculum, et  
habebit tesseram pro *Ponterotto*, vel *Cappellette*, vel  
aliis locis, qui in futurum ab ecclesiastica Auctoritate  
ad hoc destinari poterunt. Et hic Nos Communitatibus  
Religiosis Urbis ex toto corde opportunum ducimus  
commendare ut efficaciter coadiuvent Parochos in re  
tam sancta.

Denique dicet quispiam Parochum, tot curis impli-  
catum, aliud facere non posse; at nihil difficile, nihil  
arduum industriis zeli boni Pastoris, quod clare osten-  
dunt duo Parochi Stephanus Bellesini et Io. Baptista  
Maria Vianney nuper inter beatos recensiti. Quod si  
Parochus aliud facere nequit, multa, quin etiam omnia  
fecerit, quia hoc modo consuluerit bono suorum Pa-  
roecianorum et una simul optimis gaudiis sui animi.

Communionibus in Paroecia ille cognoscere pote-  
rit non solum pueros, sed etiam ipsorum familias, et  
dicere poterit cum Divino Magistro: *Cognosco oves meas,*  
*et cognoscunt me meae*, eorum existimationem et amorem  
acquirens.—Insuper, cum habeat ob Communionem in  
Paroecia facilem aditum in familias, exercere poterit in  
iis suum saluberrimum opus, non solum ad illas inor-  
dinationes et mala amovenda, quae inesse possint, et  
dulcissimas consolationes ferre, sed etiam faciet ut illæ  
sacris functionibus et instructionibus adsint, et super  
iuvenes vigilent praesertim quoad frequentiam Sacra-  
mentorum, ne nimio dolore eveniat ut illis prima Com-  
munionem et ultima sit.

Denique Communionibus in Paroecia Parochus, qui  
studebit illud festum extraordinaria solemnitate cele-

brare, ut in pueris sanctitas actionis, quam complent, imprimatur, laetus erit videns apud se magnam frequentiam parentum, affinium et amicorum, quibus omnibus opportuna et salutaria monita suavibus verbis pastoralis zeli dare poterit.

Puellae Paroeciae communiter docentur et parantur ad primam Communionem in Institutis religiosis mulierum, quae huic verae caritatis operi student. Parochi gratum animum his optimis Religiosis monstrent, super has eruditiones invigilent, et periculum faciant puellis, quae admittendae erunt ad primam Communionem in eorum ecclesiis parochialibus.

Hic Nobis laudandi sunt Superiores omnium Collegiorum et Institutorum catholicorum, in quibus alumni et alumnae quotannis ad primam Communionem parantur. His Communionibus privatis Parochi adsint ut gratum animum benemeritis Institutibus monstrent, pueris puellisque gratulentur, eosque invitent cum licentia ipsorum Superiorum ad primae Communionis festum, quod fiet in respectivis Paroeciis, ut una cum aequalibus Sacra Eucharistia se reficiant.

Vult temporum pravitas Sacerdotem in templo religari: transeat; sed sciant praesertim Parochi animam iuvenis augustissimum templum esse; quod si eorum munus est incendere et conservare sacrum ignem in his templis viventibus, ubi manus improbae cupiunt immittere flammam ignis, praecipuum medium est quod Nos iteravimus.

Zelo igitur Tuo, Eme. Domine, confidimus, ut omnibus Parochis Urbis hoc munus omnino imponas; et omnes accepturos hoc munus animo docili certiores cum essemus, Tibi, Eme. Domine, et dilectissimis parochis Apostolicam benedictionem ex toto corde impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die 12 Ianuarii 1905.

† PIUS PP. X.

---

# LITTERAE

PII PP. X DE SPIRITUALIBUS EXERCITIIS

A CLERO PERAGENDIS

DILECTO FILIO NOSTRO PETRO TIT. SS. QUATUOR CORDATORUM

S. R. E. PRESB. CARD. RESPIGHI NOSTRO IN URBE VICARIO

PIUS PP. X

*Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem.*

Experiendo plus satis cognitum est, tam instabili hominem esse natura, ut vel diligentissimus quisque officii, nisi opportunis subinde stimulis excitetur, sensim frigeat ad virtutem, ac tandem languescat prorsus in vitiumque decidat. Ab hac naturae conditione quum sacerdotes profecto soluti non sint, idcirco ne suis partibus aliquando prae languore desint, certa adhibeant subsidia oportet, quibus identidem reparare vires et alacritatem redintegrare pristinam possint. Subsidia eiusmodi non obscure videtur Deus velle, ut potissimum in pio aliquo recessu, idest seorsum per dies aliquot anteactam vitam reputando, quaerantur.

*Cogitavit vias meas: et converti pedes meos in testimonia tua* (Ps. CXVIII, 59). Perspicuum id quidem ratio facit, quae cum apostolis se gessit Christus Dominus. Qui quum, doctrinae legisque suae destinatos orbi universo nuntios, interea in vicos et castella Iudaeae et Galilaeae, praedicandi Evangelii causa, soleret mittere, reversos, ubi quae docuissent fecissentque audierat, ad solitudinem invitabat; quo recreatis animis, pares laborando vel magis deinceps fierent. *Venite seorsum in desertum locum, et requiescite pusillum* (MARC. VI, 31.)

Iamvero non Apostolos tantum quos coram alloquebatur, sed omnes, quicumque Apostolici ministerii participes futuri esent, hac invitatione excitasse Dominus putandus est; ut nimirum qui ob sanctimoniam non modo officii sed etiam vitae, et sal terrae et lux mundi et quasi terrestres dii esse deberent, iidem praesidium

retinendae augendaeque sanctimoniae maximum usurparent.

Etenim, si quaerimus omnium ornamenta virtutum, quae Clericum decent, studium sacrarum rerum continet; id vero ob eam quam diximus, inconstantiam naturae, ex quo die sacris initiati sumus, diuturnitate in multis defervescit, in non paucis dissipatur misere et extinguitur. Ipsa etiam assuetudo, quae quotidie res easdem tractando gignitur, causa est quare paulatim sacerdos non diligentior ad sancta, quam ad cetera vitae munia evadat. Accedunt huc pericula et varia et magna, quae saepe sunt in administratione sacerdotalis officii subeunda. Denique quum necesse sit de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescere, multo magis necessitas haec sacerdotem tenet, in mediis mundi illecebris et miseriis habitantem. Quibus ex rebus omnino apparet oportere, ut si rectos in nobis denuo excitare spiritus, si quamlibet vitiositatem corrigere in agendo contractam, si maiorem ad discrimina constantiam induere volumus, intermissis loco quotidianis curis, atque e magisterio parumper in disciplinam regressi, illuc revertamur, unde olim bono incensi studio prodivimus, docilesque excipiamus vocem quae nos de officiis admoneat, salubriter corripiat, ad potiora hortetur atque urgeat. Quamobrem nihil tam proderit quam longe a strepitu et agitatione communis vitae secedere; quippe animae ad Spiritus Sancti accipienda munera quies est amicissima: *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor eius* (OSEE II, 14.)

Equidem non intelligimus sacerdotem ullum posse reperiri qui, in tantis difficultatibus, molestiis periculisque collocatus, non tamen sentiat subinde ex intervallo requirendum sibi esse praesidium, quod spiritualia, quae dicuntur, exercitia suppeditant. Atqui videmus haec ipsa ab iis quidem, quorum est actio vitae munerisque commendabilior, cupide expeti accurateque frequentari, ab aliis vero, utinam paucis, ita negli-

gi, ut minimo aestimari videantur. Quid? mercator quisvis, cui sunt sua negotia cordi, diligenter quotidie, diligentius quotannis acceptorum et expensorum rationes computabit; sacerdos autem quispiam curatorque animarum, qui quum Dei negotia administret, Deo districtam rationem redditurus est, non, se colligens aliquando, aequa iudicii lance ponderabit hinc officia sua, hinc facta, atque dispiciet utrum vocationi suae congruat, an penitus discrepet?

Imploranda quidem est divina benignitas, ut omnibus ad unum Clericis persuadeat huiusce opportunitatem instituti, quod tanta eis affert adiumenta, unde se rite praestent ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. Nobis interea, qui in universa gubernanda Ecclesia praecipuam quandam curarum partem huic Almae Urbi debemus, ad temperandam, ut oportet, Romani disciplinam Cleri, visum est praesertim spiritualium exercitiorum morem fovendo dirigere. Quare Sodalibus et e Societate Iesu et a Christi Passione et Vincentianis significavimus, gratum Nobis eos facturos, si per unam singulis mensibus hebdomadam (quantum spatii est a vespertinis diei dominici ad matutinas horas proximi Sabbathi) in suo quique asceterio urbano sacerdotibus navare operam voluissent. Qui Sodales quum paratissimos responderint sese esse Nostris obsequi votis, iam tuum erit, Dilecte Fili Noster, usque ab initio appetentis anni opportuna praescribere, ut quotquot Romae, praeter religiosas familias, sacerdotes numerantur, omnes, nullo cuiquam suffragante privilegio, spiritualibus exercitiis in aliquo eternis asceteriis, quae dicta sunt, saltem tertio quoque anno vacent.

Dubitandum minime est quin eiusmodi praescriptiones universi omnes, ad quos datae erunt, magna cum voluntate studeant perficere, atque hoc ipso consolari Nos; qui quidem ad propositum, quod necessitatibus temporum adducti urgemus, instaurandi omnia in



Christo, nihil tam valere arbitramur, quam recta studia et exempla Clericorum.—Auspicem divinorum munerum benevolentiaeque Nostrae testem tibi, Dilecte Fili Noster, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxvii Decembris anno MDCCCIV, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. X.

---

### CIRCULAR NÚM. 186.

En el último año, con motivo del Jubileo de la Inmaculada, diéronse en nuestra amada Diócesis pruebas hermosísimas de lo arraigada que en ella está la devoción á María Santísima.

Es nuestro más vivo deseo que esa devoción, lejos de entiviarse, continúe en aumento y cada día más fervorosa, manifestándose solemnemente en cuantas ocasiones se presenten, porque de ella esperamos grandísimos bienes para la sociedad, para los pueblos y para las almas.

Acércase el mes de Mayo, el hermoso mes de las flores, consagrado de un modo especial á la Santísima Virgen, y nada es tan grato para Nós como el recomendar, siguiendo la costumbre de años anteriores, que durante ese mes se tributen cultos y obsequios extraordinarios á la que es Madre de Dios y Madre nuestra amantísima; que se practique en todos los pueblos, sin excluir las más insignificantes aldeas, el piadoso ejercicio de las flores, que tan dulces consuelos comunica á las almas y por el que se consiguen tantas mercedes y gracias del Cielo.

Así lo esperamos, principalmente, de la piedad y celo de nuestros amados párrocos, y mandamos que en todas las Parroquias del Obispado se rece diariamente en el citado mes el santo rosario, concediendo cincuenta días de indulgencia á los que devotamente asistieren

y deseando que en el último día, ó aquel en que se celebre la función principal, reciban los fieles los Santos Sacramentos.

Honremos á María que es nuestra Madre y en la hora de la muerte ha de ser protectora especialísima de los que en vida le ofrecen y dedican los homenajes de su culto y devoción.

Burgo de Osma 10 de Abril de 1905.

— † EL OBISPO.

*Nos Don Pedro Penzol y Labandera,*

*Presbítero, Abogado de los Tribunales de la Nación, Provisor y Vicario General para el arreglo de Capellanías y obras pías de esta Diócesis de Osma por el ILMO. y RVMO. SR. DR. D. JOSÉ MARÍA GARCIA ESCUDERO por la gracia de Dios y de la Santa Sede Obispo de la misma, etc.*

HACEMOS SABER: Que habiendo acudido á esta Delegación D. Silvestre Alonso Perez, Presbítero, Cura párroco de Muñecas, solicitando la conmutación de rentas de los bienes que constituyen la Capellanía fundada en la parroquia de Arauzo de Miel por Juan de Navas; hemos acordado por decreto de este día, publicar el presente edicto por el cual se cita, llama y emplaza á los encargados del patronato activo é interesados en el pasivo para que en el término de treinta días á contar desde la publicación de este edicto en el BOLETÍN OFICIAL de la Diócesis comparezcan á hacer uso de su derecho, presentando los documentos siguientes: 1.º Fundación de la Capellanía ó testimonio fehaciente de la misma. 2.º Arbol genealógico que pruebe su parentesco con el fundador y partidas de bautismo que lo justifiquen. 3.º Certificación de la renta líquida que hayan producido los bienes en el último quinquenio. y 4.º

Certificación del estado de cumplimientos de cargas eclesiásticas afectas á expresados bienes. Todo con apercibimiento de que transcurrido dicho plazo sin verificarlo se procederá á lo que corresponda, parándoles el perjuicio que haya lugar conforme á lo prevenido en el Convenio-Ley de 24 de Junio de 1867, é Instrucción para su ejecución.

Dado en la Villa del Burgo de Osma á 10 de Abril de 1905.— PEDRO PENZOL.—Por mandado de Su Sria.  
—Antonio García Escudero.

---

## Anuncio de Bendición Papal

---

En virtud de las facultades Apostólicas conferidas á Nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, al ser promovido á esta Silla Episcopal, S. Sría. Ilma. y Rvma. ha dispuesto dar solemnemente al pueblo la Bendición Papal en nombre del Romano Pontífice el Domingo de Pascua de Resurrección, y conceder *indulgencia plenaria* y remisión de todos los pecados á los fieles de uno y otro sexo que, verdaderamente arrepentidos y habiéndose confesado y recibido la Sagrada Comunión, se hallaren presentes en la Santa Iglesia Catedral al terminarse la Misa pontifical que, con el auxilio de Dios, se celebrará el expresado día.

Lo que de orden de Su Sría. Ilma. y Rvma. se hace saber á sus amados diocesanos, encargando al Sr. Cura Párroco de esta Villa y á los de los pueblos inmediatos, que lo anuncien y comuniquen á sus respectivos feligreses, á fin de que puedan aprovecharse de esta gracia singular.

Burgo de Osma 10 de Abril de 1905.—DOCTOR  
MANUEL MARÍA VIDAL, *Arcediano Secretario*.

---

## SAGRADA CONGREGACIÓN DEL SANTO OFICIO

SOBRE EL IMPEDIMENTO DE PARENTESCO ESPIRITUAL

1. En 3 de Diciembre de 1902 declaró el Santo Oficio que en las fórmulas en que se concede por la Santa Sede á los Ordinarios la facultad de dispensar del impedimento de *parentesco espiritual*, no va incluido el caso de parentesco espiritual entre el *bautizante* y el *bautizado*. En adelante se hará constar así expresamente en las fórmulas. El 5 del mismo mes, á petición del Santo Oficio, se dignó León XIII sanar *in radice* todos los matrimonios que tal vez se hubieran contraído en virtud de dispensa erradamente concedida por quienes solo tenían la facultad de estas fórmulas.

N. B. Hasta hace pocos años nunca se había concedido en el fuero externo dispensa de parentesco espiritual entre el bautizante y el bautizado. En 18 de Diciembre de 1872 se concedió esta dispensa condicionalmente en un caso muy extraordinario. Tratábase de un neófito que se volvía á una isla de infieles de donde era oriundo, y en la cual no había misionero alguno, ni era fácil acudir á ellos durante alguno ó algunos años. Se esperaba que tal vez este neófito podría con sus conversaciones y su ejemplo ir preparando el camino para la conversión de aquellos infieles. Se le concedió dispensa anticipada de parentesco espiritual para el caso en que la mujer con quien él deseara casarse se convirtiese, y á la falta de otra persona católica, fuese por él bautizada. Véase *Collectanea S. C. de Propaganda Fide*, núm. 1490.

### SOBRE LAS DISPENSAS MATRIMONIALES «IN ARTÍCULO MORTIS»

2. En 20 de Febrero de 1888 concedió León XIII á todos los Ordinarios la facultad de dispensar, por sí ó por otra persona eclesiástica que ellos delegasen, á los enfermos constituidos en peligro próximo de muerte, de cualquier impedimento *dirimente* de derecho eclesiástico «excepto sacro presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente.»

Posteriormente declaró el Santo Oficio, 1.º; que esta facultad podían los Ordinarios delegarla *habitualmente* pero solo á los párrocos para los casos solamente en que no pudiera recurrir al Ordinario (9 Enero 1889); 2.º; que en esta concesión se incluía el dispensador del impedimento de clandestinidad (13 Diciembre 1889); 3.º; que estas dispensas solo podían concederse en favor de

aquellos desgraciados que hubiesen contraído matrimonio civil, ó *actu* viviesen en concubinato (17 Septiembre 1890); 4.º, que puede hacerse uso de estas facultades aunque el impedimento no afecte al contrayente que se halla en gravísimo peligro de muerte, sino al otro que está sano (1891.)

Recientemente, en 8 de Julio de 1903, ha contestado el Santo Oficio que en virtud de dicha concesión se da autorización para declarar legitimada la prole espúrea, que tal vez hubiesen tenido los que han de ser dispensados en virtud de dicha facultad, «*excepta prole adulterina et prole proveniente á personis/ordine sacro, aut solemní professione religiosa ligatis.*»

N. B. Como se ha visto, en virtud de dicha concesión sólo puede dispensarse de impedimentos *dirimentes* no de los *impedientes*. En 10 de Diciembre de 1903 y en 14 de Abril de 1904, respectivamente, el Santo Oficio ha concedido á los Ordinarios de Estraburgo y de Metz (á éste *ad triennium*) la facultad de dispensar el impedimento *mixtae religionis* (esto es, entre católicos y herejes), del mismo modo y bajo las mismas condiciones que se puede dispensar de los dirimentes en la concesión de que venimos hablando. La facultad vale aún para el caso en que el impedimento *mixtae religionis* se junte á algún otro, ú otros, de los dirimentes. Véase *Gury Ferreres*, *Comp. Theol. mor.*, vol. 2. núm. 861.

#### SOBRE ORDENACIÓN SACERDOTAL

3. La misma Sagrada Congregación, preguntada sobre la validez de una ordenación sacerdotal, en la que en el vino del cáliz se había echado tal vez un poco más de una quinta parte de agua, respondió en 11 de Marzo de 1903 que era válida.

(De la Revista *Razón y Fé*.)

---

### EX S. CONGREGATIONE STUDIORUM

---

**Doctorales laureae a S. Congregatione Studiorum sine  
examine concessae aequiparantur laureis  
Catholicarum Universitatum**

Proposito dubio: An doctoris Laurea quae a S. Sede per S. Congregationem Studiorum amplissimis viris concedi solet, sive in Theologia, sive in Jure Canonico, nullo facto periculo, sed tan-

tum propter eorundem praeclara merita rite probata, habeat omnia iura et privilegia quae habet doctoris laurea a candidatis in Catholicis Universitatibus per factum periculum acquisita, vel potius habenda sit solummodo honorifica?

Sacra Congregatio Studiis moderandis praeposita, die 18 Decembris vertentis anni 1903, respondendum censuit: *Affirmative* ad primam partem: *Negative* ad alteram.

Quam sententiam in audientia habita ab Emmo. Cardinali Praefecto, die 19 mense Decembri 1903, Sanctissimus D. N. Pius Papa X ratam habuit et confirmavit.—F. CARD. SATOLLI, *Praefectus*.—L. ✠ S.—ASCENSUS DANDINI, *Secretarius*.

## EX S. CONGREGATIONE RITUUM.

### PLURIUM DIOECESIUM

Circa qualitatem cerae in sacris functionibus adhibendae.

Nonnulli Sacrorum Antistites a Sacrorum Rituum Congregatione semel atque iterum reverenter postularunt: «An, attenda etiam magna difficultate vel veram ceram apum habendi vel indebitas cum alia cera commixtiones eliminandi, candelae super Altaribus ponendae, omnino et integre ex cera apum esse debeant: an vero esse possint cum alia materia seu vegetali seu animali commixtae?»

Et Sacra Rituum Congregatio, in Ordinario Coetu die 29 Novembris hoc vertente anno in Vaticanum coadunata, omnibus perpensis, una cum suffragio Commissionis Liturgicae, anteacta decreta mitigando, rescribere rata est: «Attenta asserta difficultate, *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam et ad mentem. Mens est ut Episcopi pro viribus curent ut Cereus paschalis, cereus in aqua baptismali immergendus et duae candelae in Missis accendendae, sint ex cera apum saltem in maxima parte; aliarum vero candelarum, quae supra altaribus ponendae sunt, materia in majori vel notabili quantitate ex eadem cera sit oportet. Qua in re parochi aliique rectores ecclesiarum et oratoriorum tuto stare poterunt normis a respectivis Ordinariis traditis, nec privati sacerdotes Missam celebraturi de qualitate candelarum anxie inquirere tenentur. «Atque ita rescripsit, die 14 Decembris 1904.—A. Card. Tripesi, Pro-Praefectus—L. ✠ S.—D. Pancii, *Archiep. Laodicea*, *Secretarius*.

## SANTA OBRA DE LA PROPAGACION DE LA FE

Publicamos á continuación la relación de los favores y privilegios especiales concedidos por los sumos Pontífices á los bienhechores eclesiásticos de la «Obra de la Propagación de la Fé,» de cuyos privilegios y gracias participan *ipso facto* de ser colectores de dicha Obra:

### Favores particulares á los bienhechores eclesiásticos.

I.—A todo Sacerdote que esté encargado en una Parroquia ó establecimiento de recoger limosnas para la Obra de la Propagación de la Fé, cualquiera que sea la suma que recoja, ó que de su peculio particular entregue á la caja de la Obra, el importe de una decena entera: 1.º, *el favor del altar privilegiado, tres veces por semana*; 2.º, *el poder de aplicar las indulgencias siguientes*: Indulgencia plenaria, á los fieles, que se hallaren en el artículo de la muerte; indulgencias apostólicas á los rosarios ó coronas, cruces, crucifijos, estampas, estatuas y medallas; las indulgencias de Santa Brigida, á los rosarios; 3.º, *la facultad de aplicar á los crucifijos las indulgencias del Viacrucis*.

II.—A todo Sacerdote, miembro de un Consejo ó de una Junta encargado de velar por los intereses de la Obra:

Y á todo Sacerdote que durante el año hubiere entregado á la caja de la Obra una cantidad que represente por lo menos el importe de mil suscripciones, cualquiera que fuere la procedencia de esta suma: 1.º, los mismos favores que á los Sacerdotes de la categoría anterior; 2.º, *el favor del altar privilegiado personal cinco veces por semana*; 3.º, *la facultad de conferir el cordón y el escapulario seráficos con todas las indulgencias y privilegios concedidos por los Soberanos Pontífices*; 4.º, *el poder de bendecir é imponer á los fieles los escapularios del Carmen, de la Inmaculada Concepción y de la Pasión de Nuestro Señor*.

Si algún Sacerdote no hubiera efectuado por completo la recaudación de la limosnas ó cuotas, Su Santidad le prorroga estos poderes hasta el ajuste del ejercicio corriente, siempre que hubiese entregado el importe íntegro del año anterior.

III.—Todo Sacerdote que entregare de una vez, de su bolsillo particular, una cantidad igual al importe de mil suscripciones,

gozará durante su vida de los favores concedidos á los Sacerdotes miembros de un Consejo.

Todas estas indulgencias deben someterse á la aprobación del Ordinario.

ADVERTENCIAS.—Para ser socio de esta Obra, dos cosas únicamente son necesarias.

1.<sup>a</sup> Aplicar á esta intención, y una vez para siempre, el *Padre nuestro* y *Ave María* de la oración de la mañana ó de la noche con la jaculatoria siguiente: *San Francisco Javier, ruega por nosotros.*

2.<sup>a</sup> Dar semanalmente para las misiones la limosna de 5 céntimos, ó sea 2 pesetas 60 céntimos al año.

Se puede pertenecer á esta Obra de dos modos, ó como simple Asociado ó como Colector. El simple Asociado es el que entrega para las misiones 5 céntimos semanales, ó sean 2 pesetas 60 céntimos al año. Los Colectores de esta obra son los que recaudan anualmente 2 pesetas 60 céntimos de nueve asociados que con la suya propia de igual valor, componen un total de 26 pesetas.

---

## Necrología

El día 7 de los corrientes falleció á la edad de 65 años, después de recibir los Santos Sacramentos, D. Valero Gonzalo y Ruiz, Párroco de Torrubia,

Pertenecía á la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero.

R. I. P.

